Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26083
Copyright: Admont, Benediktinerstift



35

cui egrediuntur ad aquas. et dicet. In hoc
scies quia ego sum dominus. percutiam virga aquam
fluminis. et uertetur in sanguinem pi-
sces morientur. et affligentur egyptii. et fœtebunt
flumina. Et percussit aaron aquam fluminis
et uersa est in sanguinem. et fuit san-
guis in omni terra egypti. In fluuiis
riuis. et paludibus. fœtere uisi sunt omnibus.
et in his quæ manabant de uulnere. et in
uasis domorum et lignis quam sexies.
foderunt putei egyptii per circuitum
fluminis. inuenerunt sanguinem. Et
fecerunt similiter magi. iannes. et mam-
bres. et dixerunt quia allata est aqua de terra
gessen. quia non percussit dominus plagis egypti filios
israel. qui habitabant in ea. Tamen
iosephus dicit quia hebreus erat fluuius
potabilis. licet esset mutatus egyptiis.
ut non solum colore. sed et sapore amaro cru-
ore perferebat. Vnde potuit uidetur quia alibi
quam in nilo fuerit aqua in egypto.
et hæc est prima plaga quam percussit dominus egyp-
tum. vii. diebus. Vel quia dicit iosephus. quia pha-
rao timens ea et hesitans. hebreos
abire permisit. Cuius malum fuisset re-
leuatum. sententiam permutauit. De ranis.
Iterum locutus est dominus ad moysen. Ingre-
dere ad pharaonem. et si noluerit dimittere eum
dic aaron. ut extendat manum super flu-
mina. riuos et paludes. et fecit sic. et
ascendere ranæ et operuerunt terram egypti.
et ut dicit iosephus. ortæ. in breui mori-
ebantur. et putrescentibus cadaueribus
feroces nimis nouæ erant ab aqua.
nunquam quietam. domestice. domos
intrantes. sæpe morsibus et potibus et
lectis inueniebantur. fecerunt autem et ma-
lefici similiter. Sed aliæ generaranarum. Vnum fluuiale et uocale. alia
uero minimum. quam calamum dicit. Quo
si pociatur nos canis. obmutescent.
terrum magnum. et uenenosum. quam rubetam
dicit. et uulgo dicit crassanum. Vxor quoque pha-
raonis ad eos. Orate dominum ut auferant ranas
a nobis. et dimittam populum. et clamauit
moyses ad dominum. et mortuæ sunt. Videns quo-
pharao quia data est requies. non dimisit
eos. De cimicibus.
Dixit dominus ad moysen. Extende tu-
gam. et dic ad aaron. Percute puluerem
terræ. et sint cimices in omni terra egypti.
Et fecerunt ita. Sed aut cimices adeo sub-
tiles muscæ. ut uisum non acute cuentis effugiant. et corpora eius insidunt.
acerbo terebrant stimulo. fecerunt quoque
maleficii similiter. ut educerent cimi-
pes. et non potuerunt. Dixerunt quoque pharaoni.
Digitus dei est hic. et spe. vi. Sic. ii. per
dexteram filii. sic per digitum spiritus solet ac-
cipi. Aug. quærit. qui in hoc defecerunt.
non in primo. aut in secundo. Et dicit id factum
fuisse ad notandum. quia si phi habu-
erunt notitiam patris et filii. non tunc spes sei.
Hæc tria signa facta sunt per manum aaron.
quæ sequuntur. Ad omnem. quæ data uum
moysen. Dixit quoque dominus ad moysen. Egre-
dere ad aquas ad pharaonem. et dice ei.
quia si noluerit dimittere populum meum. mit-
tam in omnem terram egypti. omnem genus
muscarum. faciam quoque de illa in urbibus
terram gessen quæ habebit uanqllitatem.
Et fecerunt ita. Et uenit musca grauissi-
ma in omnem terram egypti. locusto est. i.
multitudo muscarum. et expressius dem
est. quam si plaga dixerit. per quo. lxx. interpretes
posuerunt cynomia. i. musca canina.
quia in pecoribus legitur. Tetuocauit eos pho et
ait. Ite sacrificate deo uestro in terra hac.
Qui dixerunt. Non possumus. Abhominationes egyptiorum immolabimus. Si mactauerimus quæ colunt egyptii coram
eis. lapidibus nos obruent taurum